



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

3. De dignitate quæ homini accedit ex hoc Sacramento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

virtutes Theologicas, fidem, spem & caritatem, cum in hoc sacramento id maxime requiratur. Decimam & postremam, ut intime ipsi Deo coniungeremur, qui prope cum ipse sit huiusmodi cibus in hoc sacramento, qui manducantem in se conuertat

MEDITATIO III

De dignitate, qua homini accedit ex hoc Sacramento.

1. **C**ONSIDERA, dum cōmunicas, te fieri templū Spiritus sancti, & tabernaculum totius Trinitatis, circumdariq; infinito angelorum numero canētiū, *Sāctū, Sanctus, Sanctus*. Ut ergo templum semper debet esse mundum, & ornatum, sic cogita debere esse cor tuum purum & virtutibus ornatum. 2. animam tuam fieri thecā reliquiarum corporis & sanguinis Domini, quæ longē omnes sanctorum reliquias excedunt. Ut ergo eiusmodi thecā sunt aureæ & argenteæ, margaritisque & gemmis ornantur, sic cura, ut anima tua auro caritatis, & argento castitatis, & aliorum donorum cælestium gemmis sit instructa.
2. Considera te communionē fieri quasi matrem

SS.

matrem
Christi, in
commun
generis a
mam tua
Operam
Virg. ma
facta est
viam C
quo non
deo, sed
crum ill
pus Chr
contine
corpora
ante co
omnibu
busque
CON
hospite
degeret
diueris
ses. Qu
voles, r
mam tu
riofum
vestem
pedes c

matrem DEI, sponsam IESU, fratrem Christi, imò B. Virginis filiū. quoties enim communicas, gignis in te Christum, & gigneris à Christo, quia corpus tuū & animam tuam in suam carnem transformat. Operam ergo dare debes, vt & imiteris B. Virg. maximè in humilitatis virtute, qua facta est mater Dei. 2. te fieri sepulcrum viuum Christi, non mortui, sed viuētis, in quo non tantum 40. horis, vt in illo lapide, sed perpetuo quiescat. vt ergo sepulcrum illud erat nouum & mundū, & corpus Christi inuolutum in syndone mūda continebat, (vnde & in altari ponitur in corporali mundo) sic cura animam tuam ante communionē semper expurgari ab omnibus peccatis etiā venialibus, omnibusque carnalibus affectionibus.

CONSIDERA te, dum cōmunicas, fieri 3. hospitem Christi. Si Christus cum adhuc degeret in terra, vel semel in domū tuam diuertisset, certe beatissimum te reputasset. Quanto beatior nunc es, dum quoties voles, nō in domum, sed in corpus & animam tuam, eumque immortalem & gloriosum recipis, nec solum benedictā eius vestem vel carnem tangis, manusque vel pedes oscularis, sed ore ipso sumis & intime com-

mè complecteris. 2. fieri te ex crebra com-
munionē Dei aulicū & cubiculariū, af-
sidere mēſæ regiæ, & veſci epulo pretioſi-
ſimo cārnis & ſanguinis Domini. Nulla
vnquam mater inuenta eſt, quæ carno ſua
pauerit propriū filiū: at Deus hic pro-
priū filij carnem manducandam apponit.
Vide ergo quā debeas eſſe humilis, vere-
cūdus, comptus, & omni virtute ornatus.

MEDITATIO IV.

*De effectibus & fructibus huius ſa-
cramenti.*

- I. **C**ONSIDERA, te quoties corpus Do-
mini ſumis, os applicare lateri Chri-
ſti, & ſanguinē eius pretioſiſſimū exſu-
gere, vt loquitur S. Chryſoſt. ac ideo partici-
pem fieri ſpiritus Chriſti, omniumq; vir-
tutum. Vt enim qui cibum ſumit, cum ſibi
eiusq; vim ſibi propriam facit, ſic qui
Chriſtū ſumit eius bona & dona ſibi pro-
pria facit. Vnde ſicut patriarcha Iacob in-
dutus veſtibus fratris Eſau benedictiones
eius accepit, ſic nos induti carne Chriſti
omnes benedictiones ſpirituales heredi-
tamur. 2. considera, omnia mala per com-
munionē pelli, vt peccata venialia, & ali-